

factus ad lapides confluit. Vnde subdit idē Chry-
sostom. Sicut v. g. in defuncto, vires corporis moriuntur,
& omnem sensum amittunt: ita anima cum
multis detinetur affectibus, virtuti moritur.

137.
Gregor.

Tertio D. Gregor. homil. 18. Sustinere ista, ait,
aternitatis verba mentes infidelium non valentes, ad
lapides currunt: & quem intelligere non poterant,
obruere querebant. Audiunt à Christi ore aternita-
tis verba, si sermonem meum seruaueritis, non gusta-
bitis mortem in eternum; Cum in Christo tantam
sapientia eminentiam vident aduersus illum ad
lapides confluent, eximia enim sapientia malignis,
ac inuidentibus aculeus est; vt aduersus Do-
ctorem arma fumant, eum perimant, ac obruant.

Sapientia
aliquando
aculeus ad-
uersus nos.

138.

Quarto. Res valde mira? Multum rigide, &
aspere se habuit Christus erga hos homines. Eos
Diaboli filios nuncupauit? Vos estis patre Diabolo
estis, num. 44. & patienter audiunt. Eosque homi-
nes ignorantes, ac hæreticos dixit. num. 54. Est
Pater meus, quem vos dicitis, quia Deus vester est,
& non cognouistis eum. Et quiete sustinent Iudæi,
Christus eos mendaces appellauit. Ero similis vo-
bis mendax. Et mansuetè hoc auribus excipiunt;

Iniq̄ i patiē-
ter audiunt
sua oppro-
bria, non verò
honores alte-
rius.

139.

Septē Moyses valde acerbè se habuit erga popu-
lum illum dicens: Populus durissimus seruauit.
Deutero. 9. num. 6. Illiusque homines incredu-
los, ac rebelles alta voce declarans. Audite incre-
duli, & rebelles, Num. 20. num. 10. Quietè animo
hæc caudiunt, & nullus ex eis mussitat. At verò vbi
primum Moyses tanquam summum sacerdotem
Aaronem populo præposuit, multa rebellio, ac
contentio in populo facta est, & aduersus Moy-
sem surrexerunt Coreb, Dathan, & Abiron, cum
ducentis, & quinquaginta viris. Num. 16. num. 16.
Totius seditionis causa exitit inuidia summi sa-
cerdotis Aaronis, vt docent Abulenſis quæst. 2.
& 3. Carthusian. Lyran. Hugo, & alij. Quorsum
tam moderatè se habent inter tam aspera verba
Moyſis in eos verberata, & tãto furore exardescit
vifa Aaronis dignitate ex Dei mandato illi collata?
Et si auditis propriis opprobriis patientiam reti-
nent, vifa tamen Aaronis gloria deperditur, ac si
plus hac, quàm illis vulnerentur.

Abulenſ.
Carthuf.
Lyran.
Hugo.
Homines non
suis oppro-
briis, sed al-
terius honore
abescunt.

140.

Valde durè multoties se Christus Dominus ha-
buit in Iudæos, eosque appellauit: Generatio ma-
la, & adultera, Matth. 12. num. 39. eosque com-
parauit, Sepulchris dealbatis, Matth. 23. num. 27.
eosque sæpè hypocharitas dixit: Hypochrite, bene
prophetauit de vobis Isaias, Matth. 15. num. 7. & 22.
num. 18. & 23. n. 14. & 15. Nunquam tunc aduer-
sus eum clamauerunt, vt crucifigeretur; At verò
Passionis tempore: Exiuit ergo Iesus portans coro-
nam spineam, & purpureum vestimentum, & di-
xit eis, scilicet Pilatus, Ecce homo, cum ergo vi-
dissem eum Pontifices, & Ministri clamabant dicen-

Matth. 12.
Matth. 23.

Matth 15.

tes: Crucifige, crucifige eum, Ioan. 19. num. 5. Res
sanè omni admiratione digna, cum eis proponitur
Iesus rex factus per ludibrium corona spinea in
capite, arundine in manu, ac purpureo vestimen-
to præueto, ac dilacerato circumdatus, omnes
tunc clamant, Crucifige, crucifige eum; ad quod respici-
ens Regius Vates ait: Exacuerunt, vt gladium
linguas suas, Psalm. 63. num. 4. Cum tot plagæ, ac
vulnera, & tam larga sanguinis effusio omnium
viscera ad pietatem commouere debebant, tamen
sic durè exasperantur; Cum Christus datus, ac
asperis verbis in eos inuchitur, patienter susti-
nent: at regis vimbram, præminentia vestigium
in Christo videre eorum peruersus animus mini-
mè patiebatur, sed tunc durè contra eum fremunt,
& tanquam crudeles serpentes, suæ maledicen-
tia venenum euomunt aduersus eum clamantes:
Crucifige, crucifige eum. D. August. serm. 116. Spinis
coronatus est, ait, ludibrisa veste amictus, amoris
coniuius illusus est, alapis cæsus est, feruet igno-
minia, frigeat inuidia; sed non frigeat, inardescit
potius, & increſcit.

Ioan. 19.

Psal. 63.

Vifa regia
Christi digui-
tate contra
eum fremunt

August.

QVÆSTIO XXII.

Vnde Iudæi in Templo habuerunt lapides, vt
iacerent in Iesum?

EMPLVM, eiusque pavementum multis la-
pidibus miro ordine dispositis erat ornatum.
Vnde ergo Iudæi habuerunt lapides, vt ad illos
confluerent. Respondetur primò cum Luca Bur-
genſi: fortè multi lapides sparsim iacebant in
area artij prophani, vel secundò ex pavemento ex-
traxerunt Iudæi; erat enim atrium lapidibus stratum,
frequenter solent furiosi rabie acti quiduis
obuium rapere, vt illud in aliquem impingant,
& proiciant.

141.

Burgenſ.

Ratio litera-
lis.

142.

Ad nocumentum
alterius
paratum in-
strumentum.

Plinius.

143.

Exod. 7.

Lyran.
Abulenſ.

Ad aliorum
dammum di-
abolus dat ma-
seriam.

Magnorum
voluntas po-
pularibus dat
licentiam.

Ioan. 19.

Iudith. 10.

Iudith. 13.

Serarius.

Ad necem
paratum in-
uenit instru-
mentum.

August.

suit Abre sue asperam vini, & vas olei, & polen-
tam, & palathas, & panes, & caseum, & profes-
ta est. Iudith 10. num. 5. Sancta, & pia femina, ad
quid pergis ad castra Babylonica, nisi ad necem
Holofernis inferendam, cur tecum non as-
portas breuem gladiolum, saltem sub tegumento
ad frangendum panem? Cur quando ad Ducis ta-
bernaculum accedis, aliquem pugionem tecum
non defers? Iudith. 13. num. 1. præcipue cum ipsa
tenderat ad Holofernis exercitus, vt docent Se-
rarius, & alij absque aliqua præuia reuelatione
inſcia futuri euentus; cur ergo Iudith inarmata
accedis? Pergebat ipsa vt mortem Holoferni in-
fligeret, inde certa, & securâ pergebat, quod
gladiolus non deficeret, sed quod facile mortis
instrumentum ad manum inueniretur; sicque ex-
pende quod in nocte illa, in qua totum negotium
erat sperandum, accessit ipsa in silentio ad le-
ctum, in quo Dux iacebat, vt mortem illi daret, sed
nunquid hæc manibus erat ministranda? vbi
est enſis? sciebat illa, quod non deficeret, sed in
columna, quæ ad caput lectuli erat, pugione in-
ueniret.

QVÆSTIO XXIII.

Quare cum in Templo esset prohibita san-
guinis effusio, Iudæi in illo tollunt lapi-
des aduersus Christum?

145.

Couar.
Suar.

Exod. 23.

Effusio san-
guinis vetita
in templo.
3. Reg. 1.
3. Reg. 2.
Lyranus.
Carthusian.
Abulenſ.

146.

147.

QVOD Templum antiquum gauderet im-
munitate tam pro delinquentibus, quàm
verita effusione sanguinis in illo docent aliqui
apud Couar. lib. 2. Variar. cap. 20. num. 2. in fine.
Suar. tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 9. num. 9. & n. 10.
ad finem, ait quod non sit probabilis ex c. 21.
Exod. num. 14. Si quis per industriam occiderit pro-
ximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles
eum, vt moriatur. Inde Adonias timens Salomonem
in templum confugit. 3. Reg. 1. num. 51. tan-
quam in locum tutum, ac securum, vt ibi obser-
uant Lyran. Abulenſ. Carthusian. & alij. Si au-
tem Ioab. 3. Reg. 2. num. 34. occisus est, per insi-
dias enim commiserat homicidium.

Difficultas ergo est, quomodo in templo con-
tra illius immunitatem Iudæi intentant Christum
lapidare, eiusque sanguinem effundere? Respon-
deo, Notum erat Iudæis, quod omnis iniuria, pœ-
na, ac mors illata Christo prægrata futura esset
summis sacerdotibus, ac principibus synagogæ,
ipsa magnorum voluntari blanditio magnam li-
centiam popularibus Iudæis omne ius, ac legem
violandi concedebat, vt locum sacrum contem-
nentes aduersus Christum Dominum insurge-
rent. Si frequenter humana sapientia homines ex-
agitat, cum aliorum pœnas principibus, ac regi-
bus præiucundas iudicat.

Mandauit Pilatus Dominum Iesum flagellare;
post flagellationem verò. Milites plectentes coro-
nam de spinis imposuerunt capiti eius: & veste pur-
purea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, &
dicebant: Aue Rex Iudæorum: & dabant ei alapas.
Ioan. 19. num. 2. Præles solum iussit verbera, cut
milites sic illius mandatum excedunt, vt coronam
spineam cum alapis illius capiti infigant: quæ
exitit magna iniuria, & grauissimus dolor Chri-
sto, imò rigidum tormentum, nunquam visum,

ac auditum in orbe, vt suo loco Deo dante dicam.
Quomodo milites sic audent iudicis senten-
tiam excedere, cum tamen grauissimum esset cri-
men, vt notat Gretſerus lib. 1. de cruce, vt mini-
stri in castigatione infligenda præsidis manda-
tum transgredierentur, vt pœna accumularent, &
ludibria congererent? Nouerant Iudæi omnem pe-
nam Iesu irrogatâ principibus sacerdotum valde
gratam futuram, hæc eis gratia præstandi obse-
quium, multam audaciam, ac licentiam popula-
ribus concessit, vt aduersus Christum insurgere-
nt, nullique iniuriæ, ac contumeliæ parcerent.
Pulchre D. Leo serm. 3. de Passione. cap. 6. Multas
illustiones Domino, ait, sacerdotibus seruens oculis,
licentia popularis ingessit; & in mansuetudinem eius,
qui hæc sponte tolerabat, furians turba sanxit. Ex-
pende verbum sacerdotibus seruens oculis.

Gretſerus.

Licentia po-
pularis infer-
uit magno-
rum oculis.
Leo.

148.

Celebri suo conuiuio cum rex Assuerus mul-
tum hilaris vino incauisset per Eunuchos man-
dauit vocari Reginam Vasthi, vt cunctis popu-
lis, ac principibus illius pulchritudinem ostende-
ret; quæ renuit venire, ex quo maximè furore
succensus rex, interrogat sapientes, qui ex more
regio ei aderant, quid faciendum esset; cui respon-
det Mamuchan. Si tibi placet, egradiatur edictum
à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum, at-
que Medorum. quàm præteriri illicitum est, vt ne-
quaquam ultra Vasthi ingrediatur ad Regem, sed
regnum illius, altera, qua melior est illa, accipiat.

Vasth. 1.

Lyran.
Carthuf.
Ioseph.

Iustin.
Macrobius.

Ius violatur
ut blandia-
tur regis vo-
luntati.

QVÆSTIO XXIV.

Quare Christus Dominus recessit à lapidan-
tibus non inflicto aliquo supplicio?

QVOD breuiter in hac quæstione inquiri. Pri-
mò cur lapides atripientes Christus non
puniuerit? Secundò cur ab eis abiit, & recessit?
Ad primam partem quæstionis responder D. Au-
gustin. tract. 43. Cum Iudæi, ait, lapides tollerent,
quid magnum erat vt eos continuo terra delibens ab-
sorberet, & pro lapidibus infernos inuenirent? Nō erat
magnum Deo: sed magis erat commendanda patientia,
quàm exercenda potentia. Cum pro tam graui in-
iuria, ac insolentia Iudæorum Christus D. posset
pœnam

149.

August.

poenam infligere, elegit tamen, quod gloriosius est patientiam exercere, quam puniendo potentiam ostendere.

150. Gregor. Secundò D. Gregorius homil. 18. in Euangel. Qui pati venerat, ait, exercere iudicium volebat. Non sunt permiscendi rerum fines; Christi adventus in carne, tempus pietatis, ac misericordiae; poena autem, & castigatio ad tempus iudicij referatur. Cum accepero tempus, ego iustitias indicabo. Psalm. 74. num. 3. noluit rerum ordines inter se commiscere.

151. Albertus. Secunda quaestio inquit, cur Christus ab his hominibus recedit, ac se abscondit. Cuius rei rationem literalem assignat Albertus Magnus. Abscondit se, ait, cedens furori eorum, usque dum venisset hora passionis: quam praesiniuit Pater: docens nos furorem hominum pro tempore declinare; & ad hunc sensum intelligendus est D. Augustinus. citatus cum ait. Tanquam homo à lapidibus fugit. Et D. Chryostomus, fugit Iesus ut hominem se prestaret. Ac proinde hominem se ostendens, & declarans Iesus furorem hominum fugit, & declinat.

152. Chryost. Secundò D. Chryost. Tumultuarium genus necis est lapidatio, & inter lapidum fragorem non poterant exaudiri ultima Christi mandata. Semel, & bis lapidibus Christus impetitur, hic, & Ioan. 10. num. 31 tamen semper Christus noluit inter lapidantium manus spiritum emittere, prauidet enim quod inter lapidantium tumultus ultima eius verba non poterant exaudiri, & sciebat esse valde necessarium, ut illa auribus perciperentur, ut illis multa verba infunderentur, ac in posterum pleraque mala euitarentur.

153. Rupert. Tertio Rupert. lib. 9. in Ioan. In eo quoque, inquit, quo quasi infirmus se abscondit, & exiit, victoria totius perfectionem expressit: quia non tam à lapidibus, quam à lapideis Iudaeorum cordibus fugit. Abiit, & abscondit se Iesus non à lapidibus iaciendis, sed ab oblatinatis, ac lapideis cordibus Iudaeorum; Inter enim duos lapides deserti degebat, ac recumbebat, at à cordibus Iudaeorum iniuriose expellebatur, ac multa machinatione ad mortem, ac crucem querebatur.

154. Daniel. Ita Daniel inter Palatinos ab eis tanquam captus reus accusatur, mittitur ad leones, inter eos quietus, & securus sedet; Venit Rex ad lacum, & introspectit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. Daniel. 14. num. 39. Ibant tres pueri Hebraei inter ministros Babylonicos; à quibus tanquam regij decreti praevicariotes arguuntur. Vincit verò proiciuntur in fornacem ardentem, in qua flamma eis non nocet, sed potius inseruit, ut combustis ligaturis securi ambulent. Daniel. 3. n. 14. Ad quid haec Dei miracula tendunt, nisi vt ostendatur, quod sancti, qui inter impios homines periclitabantur, inter indomitas feras, ac voraces ignes securiores, ac placide degant, & quos homines poscebant ad mortem, leones, ac ignes immunes seruent ad vitam Eleganter cecinit D. Paul. in Natali octavo Sancti Felicis, dicens.

Ceu quandoq; fera circum iacuerit Prophetam. Orantq; pedes linguis mulcere benignis, Naturam mutante Deo, ut damnaret acerba Mente feros homines humana pace ferarum. Sic & crudelem confuzit flamma tyrannum. Sanctis spectantem pueris seruire caminos.

155. Ioan. 1. Cuspidis ferrata. Virgente tempestate, Nauta tulerunt Ionam, & miserum in mare. Ioan. 1. num. 15. à ceto grandi diglutus est, ac euomitus est in aridam; quid est hoc, ab hominibus datur morti, à bellua excipi-

tur ad vitam. D. Hieron. Epistol. 29. de Resurrectione Domini. Quem malitia, ait, hominum perdidit, bestia esuriens custodiuit.

QUESTIO XXV.

Quare Iesus non solum se abscondit, sed etiam exiit de Templo?

ALBERTVS Magn. Exiit de templo designans derelictionem illorum. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Matth. 23. Et abscondi faciem meam ab eis. Et sic dispensatione recessit Dominus. Vnde sic in praesenti loquitur Rupert. Mala subsequencia probauerunt, vere & de templo illo exiisse, & de ciuitate illa abiisse Iesum, & ab utroq; migrasse omne Angelorum praesidium. In vltima cena dixit Christus suis discipulis. Surgite examus hinc. Ioan. 14. num. 31. Non ordinat vt aliquis Apostolorum remaneat in domo, sed omnes mandat surgere, & abire, vt denotaretur Ierusalem derelictam à suo, ac omnium sanctorum Apostolorum praesidio. Rupertus lib. 10. in Matth. Cum terribilibus, ac reuerendis verbis istis. Quid enim erat dicere surgite examus hinc: quando Iudas loquebatur cum senioribus, statim venturus cum cohorte, & ministris: nisi relinquere ciuitatem illam: quomodo per Prophetam Ieremiam praedixit. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: facta est mihi hereditas, quasi leo in sylua: dedit contra me vocem suam, ideo odiui eam. Ierem. 14. num. 31.

Secundò. Abscondit se Iesus, & exiit de templo. Multa enim supplicia ex diuina iustitia in illum locum, & ciuitatem ob malitiam suam parabantur, ideo recedit, & abiit Iesus, vt puniat, quia si adesset non castigaret, sed miseretur. Cum Moyses, ne occideretur à Pharaone flumini exponitur, ex Dei ordinatione ad Pharaonis manus deducitur. Adulterum tradidit filia Pharaonis: quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses. Exod. 2. num. 10. At cum Herodes armatus aduersus puerum Iesum, ex monitu Angeli mandatur Ioseph fuga in Aegyptum. Accipe puerum, & Mariam matrem eius, & fuge in Aegyptum. Matth. 2. num. 13. Puero Iesu, vt ab Herode liberetur, praecipitur fuga, cur in aula Herodis non custoditur, vt Moyses in Palatio Pharaonis; aequaliter diuina potentia sicut potuit vnus inter vlnas tyranni illatum seruare, sic potuit & alium? Moyses, vt creatura sit in aula illius, quem postea ipse est percussurus, hoc enim solent homines in valde sibi coniunctos facere; At Iesus vt Deus necesse est vt ab Herode fugiat, & recedat, vt eum ob sua magna scelera sit puniturus. Non enim diuina pietas inspiceret hominem morte, & supplicio cruciatum, absque eo, quod ei subueniret, & protegeret. D. Chrysolog. ferm. 135. Herodes hostis natura; omnibus malus, suis peior, pessimus sibi, quem Christus, non vt euaderet, sed ne videret, aufugit. De hac re vide multa tom. 3.

verb. Oculis.

* *

QVÆ

QUESTIO XXVI.

Quare lapidantibus Iudaeis non occurrit, ac respondit Dominus aliquod verbum, vt in alio simili euentu fecit?

158. Ioan. 10. V M Iesus esset in porticu Salomonis, ac loqueretur cum Iudaeis. Susceperunt ergo lapides Iudaei, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis, propter quod eorum opus me lapidatis? Ioan. 10. num. 31. Cum in hoc euentu essent Iudaei lapidibus armati aduersus Iesum; non ab eis fugit Dominus, sed eorum furori verbis occurrit. At in praesenti valde diuerso modo se habet, nihil eis dixit, sed ab eis se abscondit, & recedit.

159. Gregor. D. Gregorius homil. 18. in Euangel. ait: Immitatione etenim Dei gloriosus est iniuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. Suo exemplo nos voluit Dominus informare, vt ab iratis aduersariis potius eueamus tacendo fugere, quam respondendo deuincere, ac triumphare. Cum vidisset Iacob fratrem suum Esau aduersus se itatum ob benedictionem parentis ei concessam, fugit, & abiit in Mesopotamiam, Genes. 28. num. 4. Cur fratrem suum Iacob non studet demulcere, illud enim euenerat ex Dei iudicio sicut dictum erat: Maior seruetur minori. Deinde Esau iam vendiderat primogenita sua Iacob, Genes. 25. num. 34. Cur his rationibus non cogitat Iacob iratum fratrem deuincere, sed absque aliquo verbo cum eo habito recedit, & fugit? voluit potius tacendo fugere, quam respondendo superare. D. Ambrosius de fuga saeculi cap. 3. Non erubescamus, ait, fugere, gloriosa enim haec fuga est: fugere à facie peccati, sic fugit Iacob, Genes. 28.

160. Cyrill. Ioan. 10. Pro diuersitate infirmitatis remodit applicanda. Secundò respondet D. Cyrillus Alexandrinus lib. 7. in Ioannem, cap. 11. Iesus, ait, nullo cum ipsis communicato sermone abscondit se, & exiit de templo. Ioan. vero 10. Cum Iudaei eadem laborarent infamia, more peritissimi Medici, aliud ipsis adhibet medicamentum: vt nihil non tentatum relinqueret, quod eorum saluti conducere putaretur. Optimus Medicus pro varietate morborum scit vana remedia adhibere, vt furiosi declinentur, aliquando ad fugam, aliquando ad placida verba recurrit Dominus: sicut enim furibundi saepe fuga euitantur, sic & saepe pro loco, & tempore leni, ac suauis verbo mitigantur; quod pergens confirmat D. Cyrillus, Quod nobis, ait, ipse David suo prodit exemplo, cuius districtum mucronem, ipsa Abigail vxor eius suauis eloquentia, & humanitate, vagina recondit. Dixitque ei David: Benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quae prohibuisti me hodie, ne irem ad sanguinem, 1. Regum 25. num. 32.

161. Tertio, & proprius ad praepositam quaestionem accedamus. Cur in porticu Iudaeis iumentibus lapides occurrit verbis Christus, hic verò in templo nil respondet, sed abscondit se, & exiit de plo: Ex ipsa circumstantia loci ratio sumenda est. Porticus erat extra templum, ante illius faciem, 3. Regum 6. num. 3. At Christus in nostro textu erat intra templum docens; & qui extra templum delinquit, eius salus non est desperanda, sed multis curanda est. At qui intra templum criminetur, ita eius malitia execrabilis, vt immedicabilis quodammodo videatur. Vnde ait Origenes homil. 4. in Leuitic. Imere est enim, ait, peccare in Sylueira in Euang. Tom. 1 V.

Sanctis, & peccare extra Sancta. Quid enim grauius etiam apud homines, quam in propria domo quempiam aggredi, iniuria afficere, & indignis modis tractare.

Ait Deus ad Ezechielem 8. num. 6. Fili hominis putas, vides tu quid faciant isti, abominationes magnas? & ostendit ei omnem similitudinem reptilium, & animalium; & rursus num. 13. Et dixit ad me: adhuc conuersus videbis abominationes maiores: quas isti faciunt. Et respexit. Ecce mulieres sedebant plangentes. Adonidem, id est res mundiales, vt explicat D. Hieron. Et rursus num. 15. Et dixit ad me: Cerè videri fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introductus. Vidit quasi viginti quinque viros dorsa habentes contra templum Domini: & statim subdit Deus num. 18. Ego faciam in furore: non parceret oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos. Cur versantibus in hac vltima abominatione tantum supplicium infligitur, vt dicatur: Non parceret oculus meus, nec miserebor? Vnde crescebat malitia posterior super priores abominationes? licet in omnibus aliis spurcicia idololatriae, ac vitiorum, tamen peculiariter in vltima abominatione contemptus templi inueniebatur. Viginti viri dorsa habentes contra templum, ex qua templi irreuerentia sic augebatur malitia, vt diuina pietatis viscera clauda viderentur. Dionysius Carthusianus, Dorsum, ait, contra Deum, & eius templum, vorrentes, grauissima sunt ista peccata, ego faciam in rigore iustitiae vltionem in eos, & ad misericordiam non exaudiam.

162. Ezech. 8. Culpa ex circumstantia templi grauior.

163. Grauior culpa Adami, quam Petri. Quis dabitur, quod ex circumstantia loci multum augeatur culpa, sententia est D. Ambrosij, quod grauior exiterit culpa Adami, quam D. Petri. Cum culpa D. Petri ex multis circumstantiis maior appareret; ipse erat princeps Apostolorum, totius Ecclesiae Pontifex designatus, & commisit crimen tempore Passionis, quando salus totius generis humani negotiabatur. Praeclare Diuus Ambrosius in cap. 23. Luc. ad illa verba: Petrus verò sequebatur à longè, sic loquitur: Adamus in par adiso labitur, vbi non venialis culpa: Petrus in pratorio Iudaeorum, vbi difficilis innocentia.

164. Luc. 23. Ambrosius. Quis dabitur, quod ex circumstantia loci multum augeatur culpa, sententia est D. Ambrosij, quod grauior exiterit culpa Adami, quam D. Petri. Cum culpa D. Petri ex multis circumstantiis maior appareret; ipse erat princeps Apostolorum, totius Ecclesiae Pontifex designatus, & commisit crimen tempore Passionis, quando salus totius generis humani negotiabatur. Praeclare Diuus Ambrosius in cap. 23. Luc. ad illa verba: Petrus verò sequebatur à longè, sic loquitur: Adamus in par adiso labitur, vbi non venialis culpa: Petrus in pratorio Iudaeorum, vbi difficilis innocentia.



CAPVT XVIII.

Cæcus à natiuitate.

165. Et praeteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.

166. Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur.

VERSIONES.

Syriacus n. 1. Vidit hominem cæcum ab vtero matris suae.

Arabicus. Vidit hominem cæcum natum.

FF

Syria